

Deinde tamquam conſequens ſubjicitur: "Proinde in om-
nes religionis & ritus Ecclſæ loci, in quo fundata eſt,
quantum poteſt & decet, ſequitur, ac etiam *omnia plane*
munia Ordini Sacerdotali aut Paſtorali officia conveni-
entia (uti ſunt SS. Sacramentorum adminiſtratio, prædi-
candi, exhortandi, catechizandi munus, juventutis inſti-
tutio, monialium directio, & hiſce ſimilia) exercere po-
teſt, & ſeſe ad iſta miniſteria paratum exhibere debet.

XXVI. Has autem functiones non niſi ad arbitrium &
nutum Episcoporum exercendas ac ſubeundas eadē Congre-
gatio proficitur hiſ verbis in citato capite 8. expreſſis:
Ad illas porro functiones obeundas, nullam Congrega-
tio facultatem, juriſdictionem aut poteſtatem ſibi vin-
dicat, aut propriam habet à ſummo Pontifice, ſed omni-
modam accipit à Rev. miſ Dominis Episcopis, ita ut ipſi
non tantum impediendi, prohibendi, interdicens; ſed
etiam præcipiendi, injungendi, & in virtute ſanctæ obe-
dientiæ ad exercenda dicta munia Sacerdotalia & Paſto-
ralia, ubi & quæ expedire videbitur, obligandi erga Con-
gregationem, & ſingulos ex ea, authoritate polleant. In-
tendit namque Congregatio, quantum in ſe eſt, normam
vitæ ſacerdotalis ad primævam Chriſti Domini inſtitu-
tionem continuâ priorum & posteriorum temporum praxi
obſervatam reducere, ac ad originem ſui revocare prin-
cipii, & votum ſeu promiſſionem obedientiæ, quam Sa-
cerdotes in conſecratione emittente ſolent, qua ſi renova-
re & in praxim omnino reducere. Ut ſicut Religioſi po-
ſtmodum in Eccleſia magno ejus bono exortu, ex vi vo-
torum ſuorum, Prælatiſ ſuis per omnia obediunt, ita ſunt
in hac Congregatione è clero ſimul viventes, qui Rev. miſ
Dominis Episcopis in uſu ſui Ordinis omnino & imme-
diatè ſubjaceant, eiſque ex amore ejus, qui Patri ſuo o-
bediens fuit uſque ad mortem, planè ſubmittere ſe de-
ceant: unde ipſi Rev. miſi Domini Episcopii plures ad ma-
num ſemper habeant operarios, quibus ad omnia mu-
nia prædicta uti poſſint adnutum.

XXVII. Quare in ipſa præſatione harum Conſtitutio-
num declaratur, quod hujus Congregationis ſtatus fir-
mus & perpetuus alius non eſt, *Quam inſtitutum Sacer-
dotum vel ad Sacerdotium aſpirantium ſimul eſt in com-
muni vivendum ſub directione Præpoſitorum ſive Superi-
orum, & ſub plena authoritate & Juriſdictione Illu-
ſtriſſimorum ſeu Reverendiſſimorum Hierarcharum;*
quorum principale & principium inſtitutum ſit perfe-
ctioni Sacerdotali totaliter incumbere, & in humilitatis
ſpiritu & piæ vitæ ſtudio Altiffimo famulatum exhibere
ſingulaſq; actiones & functiones ordini Sacerdotali pro-
priè convenientes ſibi à Reverendiſſimis præſcriptas &
non aliàs amplecti, nec non ſacerdotum & aliorum ad
ſacros ordines aſpirantium in uſu præſertim ſcientiæ &
in pietatis exercitiis inſtitutioni vacare &c.

XXVIII. Porro hæc omnimoda in exercitiis functionū
Sacerdotalium ab Episcopis dependentia nequaquam im-
pedit quo minus directio, ſive regimen Congregationis
quoad perſonas, bona & domos ad ejuſdem Præpoſitos
ſpectat; ejuſdem quidem directionis poteſtas primaria in ipſo
corpore ſive conventu Congregationis legitime convo-
cata, cui etiam Præpoſitus Congregationis ſubſcribit, & in
quo pluralitatem ſuffragiorum tenebitur ſequi, reſidere
deceat. Ita Conſtitutiones Belgicæ cap. 2.

XXIX. Convocatio verò Congregationis juxta dictas
Belgicas Conſtitutiones fieri debet unoquoque triennio
de conſenſu Episcoporum, loco & die indicendis ab ejuſdē
Patre Præpoſito; neque ultra tres menſes poſt expletum
triennium prorogari poteſt.

Penes Congregationem legitime convocata eſt jus e-
ligendi Præpoſitum Congregationis, qui debebit pro hac
Mechlinienſi Diœceſi per Archiepiscopum confirmari;
imo & pro Provincia, petito tamen prius conſilio Epif-
copi Ordinarii ejuſ qui electus erit, ſi ſi alterius, quam
Mechlinienſis Diœceſis in hac Provincia fuerit, Cap. 4.

XXX. Præter Præpoſitum, à Congregatione legitime
convocata & congregata ex pluralitate ſuffragiorum, eli-

guntur duo *Aſſiſtentes*, qui Præpoſito in negotiis dirigen-
dis aſſiſtant.

Hi una cū Præpoſito in omnibus deliberationibus circa
res temporaneas jus habent vocis *decifiva*: quoad ſpiritu-
alia vero, directionem, ordinem, politiam & regulas, &
res hujusmodi, etiam exteriores, *conſultiva* ſolum.

XXXI. Solius item Præpoſiti eſt, Superiores domorum
ab Episcopis loci approbandos conſtituere, vel deſtituere,
ſeu deponere & mutare, quando cumque judicaverit: idē
tamen ex cauſa faciendi jus eſt etiam penes Congregatio-
nem convocata.

XXXII. Item ejuſdem Præpoſiti eſt, quos à Deo voca-
ri viderit, admittere; & alia omnia circa perſonas, domos,
ſpiritualem profectum & bona Congregationis, ex con-
ſilio tamen Aſſiſtentium peragere.

XXXIII. Præterea quamvis Congregatio à viſitatione
Episcopii non eximatur, nihilominus quoad ea quæ ſunt
directionis, Jus etiam viſitandi ad Præpoſitum Congrega-
tionis ſpectat; qui à viſitatione domeſtica per ſe, vel alium
numquam prohiberi poteſt; eamque ad minimum uno-
quoque triennio inſtituere debet.

Novas domos erigere ſolus Præpoſitus non poteſt, ſed
id ad Episcopos loci Ordinarios ſpectat.

XXXIV. Nova ſtatuta quoque & leges condere ad ſo-
lam Congregationem convocata ſpectat, poſtmodum
ab Episcopis confirmanda: poteſt tamen Præpoſitus man-
data & ordinationes ad tempus ſeu uſque ad proximam
convocationem ſervandas, ad omnes domos, modo hiſ
Conſtitutionibus ac Episcoporum authoritati nihil detra-
hant, deſtinare.

XXXV. Præter generalem Congregationis Præpoſi-
tum, penes quem omnium domorum totiuſque Congre-
gationis cura & directio quædam eminens reſidet, ſunt
in ſuper ſingulorum domorum ſive Conventuum imme-
diatè Superiores: quorum tempus Superioritatis triennio
concludi debet; & ad ſecundum triennium tantummodo
& non ultra prorogari poteſt.

XXXVI. Horum proprium officium eſt, perſonas &
domos ſuæ curæ commiſſas tam quoad ſpiritualem ſta-
tum, quam quoad temporalium adminiſtrationem diri-
gere & conſervare, & quantum in ſe eſt promoveri C. 6.

Quoad temporalem tamen domorum ſtatum aut exte-
riorem ejuſdem faciem nihil innovare, aut mutare, vel contra-
ctum aliudve negotiū notabile reſ temporales ſpectans con-
cludere, ſine authoritate Præpoſiti Congregationis poſſit.

XXXVII. Licet ſingulæ domus ſeu familia ſua habere
ſoleant bona ſeparata; tamen quia in unam Congregatio-
nem omnes ſunt unitæ ut unitas ſpiritus per charitatis vin-
culum conſervetur, & fortius colligetur, momentum Superi-
ores domorum, ut ſtudeant & ſe invicem charitate cō-
plecti, atq; etiam quando ſecundum Deum ſe poſſe in-
dicant, præſertim cum domus certis & perpetuis red-
ditibus fundatæ erunt, aliqua domibus magis indigen-
tibus ſub ſidia temporalia præſtare ex iis, quæ honeſtè &
modeſtè ſuarum ſuſtentationi & intertentioni ſuperelle
poſſent.

XXXVIII. In ſpiritualibus ſtudio Superiorum eo
præcipuo collimare debet, ut ſpiritus vitæ Jeſu Chriſti D.
N. Sacerdotis in æternum, in ſuis excitent; atque intendant
maximè Animarum profectui & perfectioni, occurrente
omnibus impedimentis, ſuccurrendo infirmitati & neceſ-
ſitatibus ſingulorum: denique firma in illis ſolidæ virtutis,
veræque pietatis fundamenta jaceant & ſtabiliant.

XXXIX. Ad domorum Superiores præterea perinet,
inferiores quoscumq; ſingularium ſuarum reſpectivè do-
morum miniſtros ſive officiales inſtituere, & mutare pro-
ut indicaverint; & illis in eorum exercitiis ſuperintendere,
eoſque dirigere, atque deſectus ſupplere.

XL. Quia Congregatio *Oratorii* nulla religionis vota,
nullamque religioſam profeſſionem agnoſcit, idcirco nec
propriè *novitiatum* habet; ne tamē haud probati Congre-
gationi incorporentur; probationis tempus præmitti quo-
que voluit, quod *inſtitutio* dicitur; eo quod illo durante in

exerci-

exercitiis pietatis aliſque ad congregationem ſpectanti-
bus functionibus *inſtitui* debeant, & probari.

Hoc *inſtitutionis* tempus ex præſcripto congregationis
Belgicæ extenditur ad triennium cum trimetrio, ad hono-
rem ejuſdem ſpatii vitæ converſantibus JEſU CHRISTI in-
terris, quod ſuos Apoſtoloſ formavit atque inſtituit.

XXI. *Inſtitutionis* tempore elapſo, ſi reperti ſint tales,
qui congregationi judicantur convenire, Sacerdotes vo-
cem activam habebunt, atque omnes cenſebuntur *incor-
porati*: nec poterunt quacunq; occasione è congrega-
tione dimitti, niſi ob cauſam valde notabilem, quæ de-
novo acciderit, & talis à P. Præpoſito congregationis,
nec non à tribus Patribus domorum, in quibus illi habi-
tarent judicata ſit, vel ab ipſo ſolo, ſi res communicari
non poſſit. Cap. 9.

XXII. Fratres verò *ſervientes* ſive laici debent ſcripto
declarare, ſe nullâ ſpe concedis velle ſervire: atque per
duos ut minus tunc converſari & ſervire debent in habi-
tu ſæculari, & tunc veſtiri poterunt, & poſt duos alios an-
nos cenſebuntur *incorporati*; nec dimitti poterunt niſi ob
rem valde gravem, & modo quo Sacerdotes, aut ad Sacer-
dotium aſpirantes. Poterit tamen Præpoſitus diſpenſare ut
citius veſtiantur, vel etiam tempus prorogetur. Cap. 10.

XXIII. Porro quamvis jam *incorporati*, è congregati-
one niſi ob gravem cauſam invi dimitti nequeant, ipſi
tamen nulla aſſignatâ cauſâ ſemper pro libitu à congrega-
tione reeodere poſſunt.

XXIV. Adhæc cum nullum paupertatis votum emit-
tant, per hanc *incorporationem* nihil perdunt aut amittunt
de ius juriſ, gratibus, beneficiis, aut bonis temporalibus;
quæ quibus etiam liberè, non ſecus ac alii clerici ſæcu-
lares diſponere poſſunt.

XXV. Si qui tamen reditus ſufficientes vel ex beneficiis,
vel ex patrimonio habent, merito tantum in commune
conferent; quantum eorum neceſſitatibus impendi debet,
ne alias ex proventibus communibus in uſum pauperum
detinuitur viventes, ſuum cenſum cum aliorum detrimento
augere velint.

Qua de re in ſtatutis congregationis *Neriaræ* cap. 8, hæc
leguntur: "Quicumque admittuntur in congregati-
nem, ſciant cujſlibet anni reditus expendendos in bonos,
quos ipſi judicaverint, uſus, neque quidquam cumulan-
dum: ne quis ſcilicet è noſtra congregatione ullam curâ
ponat in civitatis parandis: imò verò ex cenſu pro ſuis
quique facultatibus in commune commodum congre-
gationis liberè conferendum eſt. Quod à noſtris adeo ſer-
vatum eſt hæcenus, ut ſi quis ob inopiam id non præſti-
terit, vel præſtare intermiſerit, ſtatim atque de ſuo abun-
dantior quoquo modo factus eſt, pecuniam pro rata
portione dare ac ſolvere non deſiderit. Ita eis conveni-
ens ac contentaneum ſemper vilum eſt ſtupendiis pro-
priis militare, & à rebus etiam congregationis tanquam
ab aliis abſtinere, quibus ipſa debet in primis non ha-
bentes unde vivat ſuſtentare ſuos.

Hæc planè conſona ſunt regulis, quas in rebus tempo-
ralibus diſpenſandis obſervare debebant Canonici in com-
muni viventes (quorum vivendi normam congregationis
hujus Præſbyteri amulantur) quarum ſummarium, 107. in
Synodo Aquifgranenſi expreſſum ita habet: *Cum quo dam-
no anima ſua ab Eccleſia, qua pauperes paſcit, accipiunt illi,
qui ſibi ac ſuo ſufficiunt.*

Porro licet Canonici in *communi* viventes, licet non eſ-
ſent verè *Regulares*, utpote voto paupertatis non adſtricti,
tamen quam *Regulares* reputabuntur, atque propterea eor-
um domus tunc *Clauſtra*, *Monasteria* & *Abbatia* dice-
bantur; & eorum Superiores *Abbat*; quidni ob eandem
vivendi rationem monaſtica diſciplinâ multum ſimilem
Sacerdotes Oratorii dicantur *quaſi Regulares*?

Unde videmus, quod etiam ſubinde quaſi pro *Regularibus*
aliquatenus reputentur; atque in eorum admiſſione
ipſi Magiſtratus adſciant modificationes ſimiles iis, quæ
Regularium admiſſionij adſci conſueverunt; cujus exem-
plum ſupra Tit. 24. c. 3. n. 16. relatam eſt.

XLVI. Hactenus tamen dicta ſufficienter oſtendunt in-
ſtitutum Oratorii nullatenus dici poſſe inſtitutum *Religio-
ſum*, prout id hodie accipitur; utpote ipſa Religio ſub-
ſtantialis vota non agnoſcens. Si tamen vivendi diſciplina
in ipſis conſtitutionibus præſcripta, & hucusque obſerva-
ta attendatur, apparebit, eam eſſe plane conformem cum
diſciplina Clericorum & Canonicoꝝ in communi viven-
tium, quam Synodus Aquifgranenſis anno 1316. expreſſit
& compendioſè deſcripſit in Diſſertatione Canonica de in-
ſtituto Canonicoꝝ parte 3. c. 5. 2.

CAPUT II. De Canoniciſis,

1. Canoniciſarum Belgicæ Collegia.
2. Judicium Martini de Canoniciſarum origine.
3. An hodierna Collegia Canonicoꝝ fuerint Monasteria publi-
ca Sanctimonialium & Monachorum.
4. An Canoniciſe hodierna ſucceſſerint Sanctimonialibus, & quo
tempore primum auctari ceperit nomen Canonicoꝝ.
5. Canoniciſis in Synodo Aquifgranenſi ſeculo 9. regula præſcripta,
ſed ab his multum deſeruerunt hodierna.
6. Canonice, de quibus Synodus Aquifgranenſis, votum perpetuæ
caſtitaſis & ſtabilitatis emittent.
7. Diſciplinam planè regularem & communem vivendi normam
obſervabant, neque ignobiles excluderentur.
8. In Canonicoꝝ Monasteria virorum introitus ſollicitè caretur.
9. Erant Sanctimonialibus ſimiliorum, quam hodiernis Canoniciſis.
10. In quo à veris Monialibus differrent.
11. Quamdiu diſciplina hæc inter Canonice fuerit ſervata.
12. Ad exemplum Canonicoꝝ videtur Canonice ſeculo 12. & 13.
ad vitam ſingularem tranſiſſe.
13. Exemplo Canonicoꝝ ceperunt Canonice ſe à voto Caſtitaſis
eximere.
14. Ad exemplum Canonicoꝝ ſingulariter vivendum, Canonice
dicta ſunt ſæculares.
15. Canonicoꝝ ſæcularium meminit ſeculo 13. Bonifacius VIII.
16. Quomodo ſeculo 13. ad vitam ſæcularem tranſiſſent Canonice, &
que earum vivendi norma.
17. Ad Collegia Canonicoꝝ hodie non niſi nobiles puella admit-
tuntur.
18. Ad nuptias tranſire poſſunt, excepta Abbatiffa, & quibusdam
Officialibus: & qua hujus exceptionis ratio.
19. Quis hodiernus Canonicoꝝ veſtitus.
20. Canonice hodie Collegia Canonicoꝝ adſuncti, quod eorum offi-
cium.
21. Unde contingat Canonice à Canoniciſis deſpicere.
22. Abbatiffa aliquando juriſdictionem in Clericos exercet.
23. De juriſdictione Abbatiffæ Collegii Canonicoꝝ Norwellenſis.
24. Qualis data ſit, & hodie competat Collegio Canonicoꝝ Mon-
tenſi.
25. Malbodienſium Canonicoꝝ juriſdictione.
26. Canonice ſæculares ex mente Fundatorum debent etiam cano-
nicè vivere.
27. Eaſ reformare ſuperiori ſeculo deſideravit Synodus Colonien-
ſis.
28. Quid in illis obſervatum voluerit Synodus Auguſtenſis.
29. Collegium Canonicoꝝ abſolutè vita ſæculari ad regularem
tranſiit.
30. Collegia Canonicoꝝ reputantur Corpus Eccleſiaſticum.
31. Abbatiffæ horum Collegioꝝ ad Synodos vocantur.
32. Collegia hæc ſolent eſſe ſub immediata Principis protectione, &
conſequenter ſine ejuſ conſenſu viſitare nequeunt.

I. **H**abemus hic in Belgio noſtro nonnulla Canonica-
rum ſive Canoniciſarum collegia, quæ una cum a-
liis in Germania & Lotharingia fundatis & hodieum ex-
ſtantibus recenſet Miræus ad calcem notarum in Regu-
lam Canonicoꝝ. Et in notis ad caput 13. Cod. Donat.
de canoniciſis Belgicis hæc habet: "Canoniciſarum nobili
ſtirpe progenitarum, quæque ad nuptias tranſire poſſunt
collegia in Hannonia ſunt duo, Montenſe, & Malbodi-
enſe: totidem in comitatu Namurcenſi, andemnenſe &
Monasterienſe, & unum in Brabantia Nivellenſe, omni-
um apud Belgas (ut arbitror) antiquiſſimum.

II. De origine Canonicoꝝ hæc ſcribit idem Auctor
libro de collegiis Canonicoꝝ cap. 19. "Non ſum neſci-
us multos contendere olim Canonicoꝝ iſtarum ut cæ-
terarum virginum collegia, ſi non omnia, ſaltem plera.
que voto ſeſe caſtitaſis perpetuæ ſolita obſtringere; eſſi
id ipſæ Canonice ægrè forſan admittant.

II. Vir eruditus Joannes Mabillonius de Canonica-
rum exordio differens, contendit in plerisque Canonica-
rum Collegiis primitus fuisse ordinatas *Sanctimonialibus* sub
Regula S. Benedicti; in quibus Monachos Praefectos; atque ita
primitus fuisse *duplicia* monasteria, scilicet Sanctimonialia
& Monachorum, quemadmodum, ait, in Belgica
illa Cœnobita successerunt Collegia *Canonicarum* Mona-
chabus, ita & Monachis Canonicorum Conventus ut
sicut primitus Monachi Monachabus, ita postmodum
Canonici Canonicabus Sacramenta administrarent. Pu-
ellas in illis Cœnobiis degentes (pergit Mabillonius) ve-
lo consecratas & voto castitatis obstrictas fuisse, clarius
est, quam ut probatione indigeat.

IV. Hæc ille in præfatione ad sæculum II. Benedicti. n.
32. qui & alibi Aferit; Ante sæculum IX. inauditum fuit
in Gallis Canonicarum nomen & instituta: auditu pri-
mum cœpit in Concilio Cabilonensi (anno 813. habito)
quod Sanctimonialibus à primæva religione deficienti-
bus, & Canonicas sese jactantibus primùm *instructio-
nem* pro Sanctimonialibus que se *Canonicas* vocant. c. 53. ac
sequentiibus præscripsit. Notanda capituli 53. hæc verba:
*Libet namque huic sacro Conventui quasdam admonitio-
nulas breviter ut SANCTIMONIALIBUS scribere, qua
se CANONICAS VOCANT: quoniam hæc sub Monasti-
ca regula norma degunt, totius vite suæ ordinem in eadem
quam profitentur regula scriptam habent.* Novum ergo,
inquit Mabillonius tum erat Canonicarum nomen, nova
religio, quibus Conciliū dicitur regulas, quas Ludovicus
Augustinus anno post tertio in Concilio Aquisgranensi
(in quo sua Canonicis, & sua Canonicebus regula condi-
ta est) explicari curavit. In observationibus præviis ad
vitam S. Gertrudis ad annum 658. sæculi 2. Benedictinorū.

Itaque si Mabillonio credimus circa sæculum 9. quæ-
dam Sanctimonialium Monasteria in Canonicarum colle-
gia; quemadmodum nonnulla Monachorum in Cano-
nicarum Capitula, degenerarunt.

V. Quidquid sit de hac Mabillonii opinione id satis
constat, Canonicas quibus in Synodo Aquisgranensi anno
817. regula præscripta fuit, multum in vivendi disciplina
ab hodiernis Belgicis Canonicabus fuisse diverfas.

VI. Imprimis Canonice de quibus Synodus, non secus
ac reliquæ Sanctimonialibus perpetuo castitatis vinculo ob-
stringebantur; uti constat ex c. 8. Regula; ubi præcipitur,
ut non facilis ab Abbatis detur ingressus iis, qui Mona-
steria expetiverint? Quia, ait, postquā se Domino in hac
militia devinxerint, nequaquam sibi licitum erit pro-
priis uti consiliis, nec læcularibus penitus implicare pos-
se negotiis: nec frequentiam viciorum, aut colloctionē
familiarem absque causa inevitabili habere debent. Pro-
inde scrutentur prius arcana cordis sui simulque super
adnotatas SS. Patrum sententias assidue meditatione per-
legant, ne inconsulte & minus cavite *vinculum continen-
tiæ* & virginitatis scripientes, redeant post latam, & fiant
sicut canis reversus ad vomitum.

VII. Debebant in Monasteriis jugiter residere. Vesti-
bus nigris utebantur. Omnes in *communem* dormitorio, sed
singula in singulis lectis dormiebant. In refectorio quoti-
die pariter reciebantur, nisi quam infirmitas aut etatis
imbecillitas id facere prohibuisset. Omnes sibi caritatis
officio vicissim *servebant*. Illis in refectorio comedenti-
bus & silentium religiosum tenentibus, continuatim legeba-
tur lectio Ad collationem quotidie veniebant, & hanc in-
stitutionem seu regulam sive aliarum scripturarū lectio-
nes prelegebant & de anima suæ salute pertractabant ubi
etiam delinquentes juxta modum delicti corripiebantur:
uti hæc omnia constat ex c. 10. Regula: ex quo pariter
intelligitur, quod non tantum nobiles, sed & ignobiles in
Canonicarum Cœnobia admitterentur. *Nobiles genere, a-
it, nequaquam ignobilioribus se præferant. scientes quia per-
sonarum acceptor non est Deus.*

VIII. Sedulo curabatur, ut virorum ad Monasteria Ca-
nonicarum non pateret accessus; omnisque virorū fami-
liaritas & conversatio caveretur cap. 19. 20. & 26. Regu-
læ Quin & cap. 27. decernitur, ut Presbyteri, qui ipsi

Missarum solemnia celebrare debent, extra Monasteriū
sit locus, & Ecclesia, ubi cum ministris suis habitent &
Divinæ servitutis obsequium expleant; & non nisi sta-
tuto tempore Monasterium ingrediantur puellarum, &
cum eis Diaconus tantum & Subdiaconus, qui scilicet &
vite honestate clarescant, & non se, sed JESUM CHRIS-
TUM amare cupiant; nec sua querant, sed quæ JESU
CHRISTI: & non amplius ibi immorentur, nisi in Mis-
sarum celebrationibus ad Sanctimonialibus publicè faci-
endis, quibus ritè & devotè celebratis, illico foras egre-
diantur, Sanctimonialibus namque velo ante posito, ut mo-
ris est, Horas Canonicas & Missarum solemnia celebret
Sed & hoc caveant, ut nulli illarum cum iisdem Pres-
byteris, eorūque ministris aliquam sermocinationem
familiarem habeat. Si qua igitur peccata sua Sacerdoti
confiteri voluerit id in Ecclesia faciat, ut ab aliis videatur
sicut in dictis SS. Patrum continetur exceptis infirmis,
quibus in domibus id facere necesse est.

IX. Hæc omnia sat ostendunt, Canonicas, quales Regu-
la Aquisgranensis describit; multum ab hodiernis in viven-
di norma fuisse distinctas; magisque Sanctimonialibus &
Monialibus, quam modernis Canonicabus fuisse similes;
unde etiam passim Sanctimonialibus, earūque collegia Mo-
nasteria vocantur.

X. Differabant autem à veris Sanctimonialibus, quod
paupertatem sive iterum suarum abdicacionem non vove-
rent; sed tamen ante ingressum (si quidem facultates suas
nollens offerre Ecclesiæ) ita jubebantur disponere, ut ad
vitam tendentes æternam, nullam earum occasione pati-
antur perturbationem; utque remota quarumcumque so-
lutionum terū occupatione, suum liberius & quietius possint
custodire propositum Capite 9. Regula.

XI. Quando tempore hæc vivendi norma apud Cano-
nicas viguerit, incertum est. Illud notat Aubertus Mira-
nus, Collegium Canonicarum Nivellesse (quod inter Bel-
gica Canonicarum Collegia videtur antiquissimum) in
communionem bonorum, ac possessionum usque ad annū
1059. perstitisse: quo anno, ait, prædia illius Ecclesiæ in
tres portiones, Henrico IV. Imperatore agente fuerunt
divisam Xenodochium, in Beneficium Abbatis, & in
Præbendas 72. Fratrum ac Sanctimonialium. Divisio-
nem istam Lotharius Imp. anno 1136. approbavit.
Hæc Miræus in notis ad eadem Judicis Collegiorum Ca-
nonicarum qui habetur in Codice Regularum, qui & ut-
rumque illud diploma transcripsit in notitia Eccles. Bel-
gii cap. 89. & 347.

Hinc habemus, quod circa sæculum 11. proventus Ca-
nonicarum cœperint dividi; atque in *præbendas* degenera-
ris; ac consequenter paulatim magis magisque à disciplina
Sanctimonialium seu Monialium recedere.

XII. Inò admodum verisimile apparet, quod sicuti Ca-
nonicæ circa sæculum 12. & 13. desertā vitā communi transi-
verunt ad vitam singularem, ita quoque Canonice circa
idem tempus à vita communi transire cœperint ad vitam
singularem.

De Monasteriensi S. Petri collegio Canonicorum 70. &
Canonicarum 15. scribit Miræus: Relictā vitā communi
anno 1282. ad proprietariam transierunt.

XIII. Quemadmodum Canonici vi sui Canonicatus nō
existimarent se voto perpetui celibatus constringi, solam-
que Clericalem tonsuram sufficere crediderunt; atque di-
missio Canonicatu posse transire ad statum Matrimoniale:
ita sensim quoque invaluit ut Canonice à voto perpetuæ
castitatis se exemerint; liberūque sibi esse existimarent,
statum Matrimoniale, relicta vitā canonicali, assumere.

XIV. Porro sicuti Canonici post dimissam vitam com-
munem, & arreptam singularem, dicti fuere *Seculares*, ad
distinctionem eorum, qui vivunt sub certa Regula in *com-
muni*; ita Canonice post transitum ad vitam singularem
dici cœperunt *Canonicæ seculares*.

Rectè proinde notasse videtur Molanus lib. 1. D. Cano-
nicis c. 15. talem fuisse sæculo 9. Canonicarum propor-
tionem erga Sanctimonialibus, seu Monachas, qualis erat
Canonicorum erga Monachos, licet sicuti Canonici à ve-

teri

teri illa regula disciplina plurimum recesserunt, ita & ca-
nonicas hæc in parte sequaces habuerunt.

XV. De his canonicabus *secularibus*, seu vitam singula-
rem agentibus agitur in c. 43. S. penult. De Electione in 6.
cujus auctor est Bonifacius VIII. qui sedit sub finem sæculi
13. declaratque formam præscriptam in electione Abba-
tissarum & Præfectorum Monialium, etiam servandum in
illis (Monasteriis) ubi sunt juxta quorundam Provincia-
rum consuetudinem mulieres, quæ nec propriis renun-
tiant, nec professionem faciunt Regularem, sed vivunt
ut in læcularibus Ecclesiis canonici. Vocanturque in
Rubrica Decretalis *Canonicæ seculares*.

Cæterum unā declarat Bonifacius VIII. quod per hanc
suam constitutionem, earum statum, Ordinem & regulam
nolit nec intendat approbare, quæ eadem clausula legitur
in Clementina ATTENDENTES, De Statu Monacho-
rum, ubi mulieres illæ expresse dicuntur *Canonicæ secula-
res, & ut seculares Canonici vitam ducunt*.

XVI. Qua ratione ad exemplum canonicorum læculari-
um cum vita singulari, ad læcularē quodammodo, sæ-
culo 18. transiissent canonice, narrat illius temporis non
contemendus Historicus Cardinalis De Vitriaco in Hist.
Occid. c. 13. Ad imitationem & exemplum prædictorum
canonicorum (læcularium in partibus Hannoniæ & Bra-
bantia, & in quibusdam Theonicorum & Alemanno-
rum Provinciarum sunt mulieres, quas canonicas seculares
seu Domicellas appellant. Non enim Moniales nominari
volunt, sicut canonici seculares Monachi non dicuntur.
Hæc siquidem adeo personas accipiunt, quod non nisi si-
lias militum & nobilium in suo collegio volunt recipere
religionem & morum nobilitati sæculi nobilitatem præfe-
rentes. Purpurâ autem & byllo, & pellibus griseis, & aliis
juventutis suæ vestibus induuntur, circumdatæ varie-
tatis, cum tortis crinibus & ornata pretioso circumma-
nista. Pellibus autem agnitis quantumcumque sub-
tilibus & delicatis utuntur. Clericorum autem & puel-
larum & juvenum servorum etiam sibi ministrantium
cinctæ obsequio in domibus propriis honorificè & splen-
didè epulantur, nec defunt minus eorum consanguinei

in primo gradu tibi propinqui, quos cognatos suos ap-
pellant. In dormitorio autem juxta Ecclesiam suam de-
noctè quiescunt. Sunt autem in iisdem Ecclesiis pariter
Canonice seculares diebus festis & solemnibus ex altera
parte chori eum prædictis domicellis canentes, & earum
modulationibus æquipollenter respondere studentes. Similiter
in processionibus compolite & ornata Cano-
nici ex una parte & Domine ex alia parte concinentes
procedunt. Quædam ex ipsis postquam diebus plurimis
de Christi patrimonio vixerunt, relictiis præbendis & Ec-
clesiis, carioribus sibi personis matrimonio copulantur.

Quod de sui temporis Canonicabus scribit Vitriacus, hoc
penè totum de hodiernis Belgicis Canonicabus verificatur
XVII. De Nivellesibus scribit in sua descriptione Bel-
gii Guicciardinus: Nec in sodalium hoc admittuntur, nisi
magnatum & virorum Principum filias, quæque quadru-
pla minimum nobilitatis membra paterni simul & mater-
ni stemmatis numerent. Idem de Canonicarum Monteni-
um & Malbodiensium & aliis Belgicis collegiis testatur, &
notoria praxis docet, nullas scilicet in harum sodalium,
nisi nobilitate dignas admitti.

XVIII. Similiter quod de transitu ad statum matrimo-
niale scribit Vitriacus, etiam de nostris Guicciardinus as-
serit; nimirum inslere, oblata occasione, & pro arbitrio
nabere; exceptis Abbatis & Officialibus, quæ perpetuæ
castitatis voto attinguntur, exemplo forsitan Canonicorum,
inter quos Decanus atque in dignitate constituti, ad Sa-
ceros Ordines, iisque annexum votum castitatis, suscipien-
dos constricti esse solent.

XIX. Vestes & ornatum nostrarum Canonicarum ita
describit Guicciardinus de Nivellesibus differens: Mane
quidem & dum religioni operantur, cultu spiritali, sive
Ecclesiastico, sed qui nobiles deceat, & ut ipsæ sunt, can-
dido pellibusque pretiosis suffulto; à meridie verò, læcu-

lari, ut vocant, veste, è serico vel id genus materia, nobi-
lium puellarum in morem, ornata. Pag. 253.

XX. Habebant Presbyteros, qui Canonicabus sacra mi-
nistrarent; ea que exequerentur, quæ Ordo Ecclesiasticus
sexu femineo non permittit.

Hi primitus etiam ex communibus Monasterii bonis a-
lebantur; at dum Canonice ad vitam singularem transi-
erunt, etiam ipsi Presbyteri sensim in Canonicas seculares tran-
sierunt; atque hinc hodie duplex Capitulum, alterum ca-
nonicarum, & alterum canonicorum.

Hi canonici, ait Miræus in notis ad Regulam canonicarum,
in Sanctimonialium canonicè viventium templis
Missarum solemnia celebrant; & habent in insuper sua
propria ac peculiaria templa, in quibus horas canonicas
cantant, & alia sacra munia obeunt.

Quibusdam etiam diebus solemnioribus, in templis
cum canonicabus divinum officium peragunt; & in sup-
plicationibus procedunt; ut de canonicis sui temporis re-
tulit De Vitriaco.

XXI. Illud notat Molanus, Passim hujus Ordinis ca-
nonice, suos confratres, in præbendis pares, in dignitate,
propter Sacerdotium, longè superiores, vix alio loco ha-
bere dignantur, quam ut Sacellanos suarum generosarū
Dominationum, quamvis quædam inter eas sint nuptia-
rum expectatrices & sollicitatrices. Quod, ait, ex eo capi-
te fieri arbitror, quia Abbatis jurisdictioni subsunt.
Lib. 1. De Canonicis cap. 15.

XXII. De jurisdictione Abbatis in suas canonicas &
clericos habemus Decretalem Honorii III. in Cap. DILE-
CTA De Majoritate & Obed. ex qua quoque intelli-
gimus, quod Abbatis clericos sua jurisdictioni subiectos
propter inobedientiam & culpas eorum in beneficioque su-
spenderit; mandatque Pontifex Abbati S. Michaelis Abra-
densis Diocesis, quatenus dictas canonicas & clericos, ut
Abbas præfatus obedientiam & reverentiam debitam
impedentes, ejus salubria monita & mandata obser-
vent, monitione præmissa per censuras Ecclesiasticas ap-
pellatione remota compellat.

XXIII. Abbatis canonicarum Belgicarum similiter
clericos suæ jurisdictioni subiectos esse prætendunt; atque
de Abbatis Nivellesse refert Guicciardinus. Est autem
hæc ipsa Antistita, non sacri tantummodo hujus collegii
caput, verum etiam Domina spiritualis simul & tempo-
ralis, ut vocant, Nivellesse & territorii ejus, hanc quæ
exigui. Pag. 253. edit. 1652.

XXIV. Collegio canonicarum Divæ Gualtrudis præ-
esse voluit, ait Guicciardinus, Abbatis, & luculentam
profectio ditionem, cum civili pariter atque sacra juris-
dictione & amplissima potestate ex patrimonio suo at-
tribuit. Factum deinde, ut lapsò temporis Abbatis, ut
sic dixerim, dignitas, & Imperatoris Romani in eam jus
hereditate obvenit Hannoniæ Comiti Balduino. Ex
quo tempore comites successores in hunc usque diem
sunt Antistites seculares, Patroni, custodes, Judices, Pro-
tektoras ac defensores dictæ adis Divæ Gualtrudis, per-
sonarum in ea degentium, & bonorum collegio relicto-
rum, quibus & sine ullo profus obstaculo hæcenus per-
fruuntur, & Antistita suas regendi vices mandant. Quæ
ex legibus in æternam memoriam tam insignis Funda-
tionis tantam habet auctoritatem ac præeminentiam,
ut succedente novo Hannoniæ Comite, ipsa eum ut co-
ram ruper spectavimus in persona Philippi Regi, magna
solemnitate suscipiat, ac in comitatus & dignitatis Ab-
batis, aliorum bonorum à collegio dependentium
possessionem immittat: ipso contra jurejurando se ob-
stringente ad privilegia omnia, immunitates, exemptio-
nes, consuetudines, & possessiones templa atque cœno-
bii Divæ Gualtrudis conservandos. Pag. 456.

XXV. De Malbodiensi canonicarum collegio loquens
Guicciardinus dicit: Est autem & penes istas canonicas
suprema in oppidum & territorium ejus jurisdictionis, sic ut
civilem simul & criminalem justitiam admittunt Gau-
dent insuper eo privilegio, ut signare possint quotannis
de finibus

de finibus